

Sed quid vox Fehmstatt? Vox Fehmen est antiqua Germanica. Saxonibus tamen incognita, & significat, uti vult Gryphiander *cap. 59. num. 4. p. 148. de Colossis Rulandin.* idem ac despumare: quippe quod in tali loco homines facinorosi velut despumentur, & ita provincia nebulonibus & maleficis purgetur, *per l. 13. ff. de Offic. Praesid.* Quod etiam probat Besoldus *in Thesouro Praet. Voce Fehmengericht. f. 282.* Alii docent vocabulum Fehmen / idem esse, quod Schlachten / occidere; uti porci, qui seliguntur ad saginandum, & postmodum ad necandum vocantur Mast- und Fehmschweine. Ut ita Fehmstatt sit locus, in quo condemnatus juxta meritum suum occidendus est.

ARTIC. CXCIIV.

Qui candentibus adurendus est forcipibus, vel unciis trahendus.

Von Reissen mit glüenden Zangen.

Urde aber beschlossen / daß die verurtheilte Person vor der Tödtung / mit glüenden Zangen gerissen werden solte / so sollen die nachfolgenden Wörter weiter in der Urtheil stehen / also lautend: Und soll darzu vor der endlichen Tödtung / öffentlich auff einem Wagen / biß zu der Richtstatt / umbgeführt / und der Leib mit glüenden Zangen gerissen werden / nemlich mit N. grieffen.

AD ARTIC. CXCIIV.
ARGUMENTUM.

Similiter, quando decernitur, ut condemnatus, antequam occidatur, candentibus forcipibus ustulari debeat, & illud sententiae verbis in fine annexendum est.

EXEGESIS.

Duo sunt hic consideranda. (1) Interdum fieri solet, ut propter atrocitatem commissi criminis simplex poena non sufficiat, sed in ejus augmentum ustulatio seu adustio forcipum candentium decernatur, nempe, ut condemnatus, antequam ad locum supplicii perveniat,

veniat,